



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Tractatus De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo Libros Distributus**

**Antonelli, Giovanni Carlo**

**Velitris, 1650**

Svmmarivm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11401**

num imposito, ut censuit Sac. Cong. teste Gar. de benef. par. 7. c. 1. n. 132. Sorb. in ver. missa 3. vers. secundo notandum Dian. par. 1. tr. 14. ref. 2. & ideo non possunt reducere onera vlla Missarum celebrandarum post concilium Tridentinum imposita, aut in limine fundationis, ut declaravit Sac. Cong. Conc. teste Barbof. de offic. & pot. Episc. p. 2. all. 29. n. 16. & post 3. p. eiusdem tract. fol. 58. vers. ac primo districtè prohibet Bonacin. de Sacram. disp. 4. q. ult. pun. 7. §. 2. n. 10. & seq. Piassec. in Prax. par. 2. c. 3. n. 31. Dian. par. 1. tract. 14. ref. 1.

- 9 Addit Barbof. loc. cit. n. 8. Bonacin. d. q. ult. pun. 7. §. 4. nu. 4. & alij, posse Episcopum ex iusta causa concedere, ut Missa in alia ecclesia, & in alio Altare celebretur, si nequeat celebrari in loco constituto.

#### SVMMARIVM.

- 1 In ecclesia Cathedrali tenetur Episcopus predicare, in alijs per Parochos hoc munus est exercendum.
- 2 Qua poena puniatur Parochus omittens predicationis officium.
- 3 An Parochus possit dare licentiã predicandi in sua Parochia.
- 4 Qui teneantur ad præstandum stipendium, vel expensas Predicatori.
- 5 In quo casu ad id teneatur Parochus, vel Populus.
- 6 Cui competat ius eligendi predcatorem.
- 7 An in hoc sit attendenda immemorabilis consuetudo nominan-

di, vel presentandi, ut nullus An si Episcopus eligere voluerit, possit compellere populum ad solitam eleemosinam præstandam, & nam. 9.

#### CAP. XXV. De munere euangelicæ prædicationis.

**I**N ecclesia Cathedrali Episcopus per seipsum, si legitime impeditus non fuerit, ad prædicandum sanctum Iesu Christi euangelium tenetur; si vero legitimo detineatur impedimento, viros idoneos ad hoc officium exequendum assumere debet. *Episcopus nullum rei 88. dist. cap. inter cetera de offic. ordin. Conc. Tridentinum sess. 5. de ref. cap. 2. & sess. 24. de ref. cap. 4. in alijs vero ecclesijs per Parochos, siue eis impeditis, per alios ab Episcopo deputandos idem predicationis munus est exercendum, ut in d. sess. 24. cap. 4.*

Sed quæres 1. qual poena puniendus sit Parochus, qui omittit predicationis officium? Respondeo quod poena arbitraria punitur, cum in Concilio loco citato certa poena non exprimitur. *cap. de causis. ubi DD. de offic. deleg. q. 1. c. 2.*

Quæres 2. an Parochus possit dare licentiã predicandi in sua Parochia? Respondent Henricq. Mirand. & alij apud Barbof. de offic. & pot. Episc. p. 3. alleg. 76. n. 26. Dian. p. 3. tr. 2. ref. 111. quod potest Parochus viro docto, & noto siue seculari, siue regulari etiam nondum presentato